



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Syntagma Iuris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm  
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

**Grégoire, Pierre**

**Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.**

**VD16 VD16 G 2999**

18 de secunda specie acquisitionis, Successionis per epistolam.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

obligat enim iuramentum animam iurantis, & non eius qui confentit. *ca. vni. §. 2. Nec potest heres conueniri ex iuramento defuncti. c. fin. de foro compe. in 6.* Et semper iuramentum ex parte iurantis est personale. *Panor. in c. veritatis. num. 3. de iur. iur. quomuis quis iurauerit pro se & heredibus. Felin. in c. cum sit generalis. colum. 6. de for. comp.* Ceterum si tutius erit vti distinctione Guid. Papæ: aut liberi veniunt ex persona propria, & tunc possunt petere aut legitimam non obstante renuntiatione matris: aut veniunt vt heredes matris, & tunc non possunt petere. *Guid. Pap. q. 227. num. 2.* Quod si pater præmoriatur filia, tam valida est renuntiatione superioribus circumstantiis vallata, vt testamentum patris, in quo ea est præterita quæ renuntiauit, non possit ratione præteritionis per eam dici nullum. *Bart. in l. Gallus Aquilus. §. quid sit iuramentum. de lib. & posthu. Chass. ad §. 12. ad verb. ne retourne point. vers. Et hoc fit. de successions. in cons. Burg. Paul. Castr. in cons. 214. incip. si dicta domina. & cons. 5.* Etenim tali filia præterita non debetur legitima. *Bal. in l. maximum vitium. de lib. præter. C. quia per renuntiationem omnino filia se alienam a successione fecit. Pet. Jacob. in tit. de condit. ex l. omnimodo. & Guid. Pap. q. 295. & 598.* Et videtur sub renuntiatione generali & iuramento omnis modus succedendi repudiatus. Neque ne potes viuentem matrem, sed ea præmorta, aut testamentum, in quo nihil illis relictum est, possunt dicere nullum. *Guid. Pap. in d. quest. 598. num. 2. Petr. Jac. de condit. ex leg. omnimodo. ex testamento cumulata. vers. sed nunquid filius. videndus. Bald. ad l. si. C. de pat. Bar. ad l. qui superstitis. de acquir. hered.*

Notabiles casus, in quibus Filia dote contenta non obstante renuntiatione succedere potest. Cap. 17.

- 1 Filia dotata renuntians paternis, succedit maternis, nisi eis quoque renuntiet.
- 2 Filia, quæ renuntiauit successioni, potest succedere patri vel matri conuolanti ad secundas nuptias in lucris prioris matrimonii: item sublati ius, in quorum favore exclusa erat: item si extraneus sit heres, vel non existente masculo in eodem gradu: nec excluditur per legitimatum: succedit item si instituta a patre, nisi statuto excludatur dotata. Succedit & fraternis, nisi fratrum successioni quoque renuntiauerit. *nu. 3. 4. 5. 6. 7. & 9.*
- 3 Donari causa mortis a patre potest filia dotata a successione per statutum excludi.
- 4 Legitima supplementum petere filia potest non obstante renuntiatione, & si sola & metu renuntiauit.

Explicitum est axioma renuntiationis, quæ reicit filiam renuntiantem a petitione successione: operæpretium est, vt exceptiones adiciamus, & casus tradamus, in quibus non obstante renuntiatione succedit. Primum itaque filia a patre dotata, a matris successione non repellitur: quia censetur tantum dotata ex bonis paternis. *Accurs. Paul. Castr. Bald. P. Corneus. in l. 1. de leg. hered. nisi ab utroque sit dotata & nominatim renuntiauerit paternis & maternis.* §. 2. Filia quæ bonis paternis & maternis renuntiauit, si postea pater vel mater altero parentum eorum decedente superstitis conuolauerit ad secundas nuptias, & ita locus factus sit leg. feminae, & leg. generaliter de secund. nupt. C. potest succedere non obstante pacto in lucris illis, quæ habebat ille vel illa, pater vel mater conuolans ad secundas nuptias ex bonis prioris præmortui coniugis, & quæ tenetur relinquere liberis prioris matrimonii. *Alexan. Immo. consi. 39. Decius. consi. 579. Rom. consi. 485. Ferrer. ad tit. de test. §. 16. in consuet. Burg. deg. Quia hoc ius illi quæritum est post renuntiationem, & proinde ea non extenditur ad illud. l. 2. de stat. lib. P. l. Arrelus. §. testamentum de li. agnos. P. Item lucra repetentis secundum thorum existantibus ex prioris liberis, deferuntur ad liberos, non vt ad heredes, sed tanquam filiis. *Auth. heres. de sec. nupt. C.* Et sic etiam concludunt Oldradus. *consi. 194. & Guid. Pap. decif. 228. Decius. consi. 399. Salycetus. ad l. generaliter. §. illud. de se. nupt. & Ferronus. in d. §. 16.* Sed neque filia renuntians de hoc casu cogitauerit: id eo ad eum non extenditur renuntiatione. *l. mater. C. de inoff. testa. aut iuramentum. in fin. C. de non num. pec. & l. fin. qui satisd. cog. P.* Erit iudicatum notat Guido Pap. *de dec. 228. arg. l. hac consuet. §. 3. Si in fauorem fratrum & agnatorum, filia dotata excludatur statuto a successione patris, & mortui fratres vel agnati sint, neque alii ex illis superstitis, potest**

non obstante renuntiatione succedere & hereditatem petere. Item si heres extraneus sit institutus, potest supplementum petere: quia priuilegium excludendi filias agnatis datum, non est exteris communicandum. *l. si modica. §. Et si filius. de bon. libe. Quamuis existat agnati, sed institutus sit extraneus. Quia paria sunt, agnatos non esse, vel non succedere. Pau. Castrensem. consi. 348. Ioan. Imol. in l. Gallus Aquil. §. Et quid sit iuramentum. de lib. & posthu. §. 4. Statutum, quod filia dotata excluditur, intelligitur existente herede masculino eiusdem gradus, cuius est filia non de inferiori, vt neque filia excludatur per neptem ex filio feminam, secundum Paul. Castrensem. *consi. 47. vol. 1.* De quo tamen dubitat Ferronus, *ad §. 14. de test.* Sed firmat Chassaneus, *ad §. 12. & ad ver. on en fants mas les. vers. Et istud dicit. tit. des successions. in cons. Burg.* quia inclusio masculi excludit feminam. *c. nonne bene dicimus. de presum. nec credendum est statutum vel patrem voluisse neptem filia preponi. l. si viua matre. C. de bon. mair.* Nisi filius qui neptem reliquit, adierit antequam moreretur hereditatem patris mortui: nam proculdubio transfert ius quæsitum in filiam propriam, vt proprium patrimonium patris non vt aut. §. 5. Filia dotata exclusa per statutum, non excluditur per filium legitimatum solummodo. *Soc. consi. 246. vol. 2. Bald. & Barb. in l. cum antiquissimi. C. de fideicom. multa. Prepositi. ad c. per venerabilem. qui si. fin. legi. Ferro. ad d. §. 14.* §. 6. Filia renuntians pacto patri & fratribus, ea non obstante renuntiatione potest succedere, si a patre instituitur. *Felin. in c. si diligenti. colum. penul. de for. compet. Ias. in l. fin. 7. col. de pact. C. ubi respondet ad rationem, quod ius videtur fratribus quæsitum. Idem Ias. in l. stipulatio hoc modo concepta. de verb. oblig. Et ibi Bart. Alex. Aret. Ioan. Imol. facit text. in c. 2. de renuntiat. in 6.* Quia pater instituendo, & iuramentum, & pactum remittere videtur, quod facere potest, c. præterea. de spons. alioquin adimeretur disponendi libera facultas. *contra l. si fratres. §. idem respondet. pro soc. P.* Et hic fauor præfertur fauori filiorum masculorum. *l. 1. de sacrosan. eccles. cuiusque est legem tollere, cuius est condere. l. 1. & si. C. de legi.* Et licet volentibus contrahentibus a contractu discedere, *l. ab emtione. de pact. P. l. i. quant. lic. ab emt. dis. C.* Ceterum, si statuto filia dotata a successione patris excludatur, ea ex testamento patris, vel nomine heredis capere non potest. Quia iam quæsitum est ius fratribus, imo nec substitui per fideicommissum potest fratri. *Chassa. ad §. 12. des successions. in ver. Et n' entend non point. num. 6. ubi alios citat auctoritates sententia.* quia heres fideicommissarius habere videtur, non ab instituto, sed ex testamento instituentis, *l. cohæredi. §. cum filia. de vulg. l. si is qui. cod. P.* Veruntamen placuit, mortis causa donatione, sine Titulo hereditario, etiam in hac statutaria prohibitione, posse patrem filiam donare, & ita pluribus probat Chassaneus, & aduersarias rationes plures dissoluit. *Chassa. ad d. §. & ad ver. ne autre donation. n. 12. 4. 6. 7. 8. 9. & seq. §. 7.* Per renuntiationem hanc dote accepta, filia non excluditur a successione fratrum, & si bona a patre processerint, nisi & frater successioni expressse renuntiauerit, *idem eod. ad ver. Et n' enten. Iason. in leg. eius qui §. stipulatus. in §. col. si corr. para. P.* Quia hereditas paterna postquam adita est fratribus, non amplius hereditas, sed eorum patrimonium est, *l. sed si plures §. filio. de vulg. P. l. 1. §. Præterea. de separa. l. Titius testamento. de ius quib. vt indig. cum simit.* Et ita consuluit Ludovic Roman. *consi. 168. in 1. dubio.* Et Franc. Aret. *consi. 161. colum. 2.* Postremo si filia non obstante renuntiatione succedit patri, si de supplemento agat legitimæ, de dolo, de deceptione: vt superioribus capitibus iam expositum est, *sup. ca. 14. num. 2. & seq. & c. 15. num. 4.**

De secunda specie Acquisitionis successione per epistolam. Cap. 18.

- 1 Donatio per epistolam & nuntium fieri potest.
- 2 Littere de creance si dem faciunt inter mercatores.
- 3 Heredibus directo alia voluntate quam testamentaria relinquere non potest, per fideicommissum contra.

Inter species donationis non ambigitur esse validam eam, quæ vel per epistolam. *gloss. 1. in leg. non ambigi. C. de donat. vel per nuntium speciali mandato fit. Guid. Pap. decif. 222. num. 2.* nam & per epistolam quæri obligatio est responsum est, *in leg. final. §. final. de actio. P. Pap. leg. publica. 26. §. primo. deposit. habitacione personarum & negotiorum, & dummodo confiter de ea epistola, & quis eam miserit. Sic enim solus consensus exigitur, nec valde desideratur, vt dies vel cõsul. vel subscriptio ad-*

fit, vt respondit Scæuola, l. cum tabernam 34. §. 1. de pignor. satis est, si epistola fuerint alicui præsentatæ cui diriguntur & acceptatæ, non aliter, Bart. in d. l. cum tabernam §. 1. Boer. consi. 25 nu. 18. & 30. Et quamuis in præiudicium alterius, vel veritatis nõ faciant fidem epistolæ, l. non epistola, cum l. sequi. C. de probatio. l. epistola, in præ. de pact. tamen in præiudicium scribentis, & ad vilitatem eius cui mittuntur, & fidem faciunt & obligationem, Zabarella, consi. 153. versum quod dicitis. ¶ Potissimum ¶ si agatur de conuentionibus, quæ solent consensu tantum pe. fieri & quæ inter absentes fieri possunt, l. 1. mand. P. maxime inter negotiatores, inter quos epistolæ, quas vocant, l. etros de creance, fidem faciunt, vt in d. l. cum tabernam, §. 1. & d. l. publica, §. 1. ¶ Ita ¶ litteræ argentariorum seu banchariorum faciunt plenam fidem, etiam apud omnes, Bart. in l. 2. §. dicitur, de iure iur. §. 334. num. 8. ad d. l. quedam sunt persone, l. 9. §. fin. & l. argentarius, 10. de eden. P. Proinde recte dubitatur, num voluntatem suam instituendi ali-

quem heredem epistola quis significare possit, vt ex ea petatur hereditas. Et certe placuit nulla alia voluntate, quam testamentaria: directe hereditatem relinquere posse: per fideicommissum, vel per legatum posse, l. 2. C. de codicill. in l. non codicillum, C. de test. cum similib. ibi not. Et idcirco respiciuntur Dioclet. & Maximi. in hæc verba, l. & in epist. 22. de fideic. C. Et in epistola, vel libello, vel sine scriptura, imo etiam nudo, fideicommissum relinquere posse, adhibitis testibus, nulla dubitatio est. Et donatum in ea epistola, etiam quæ qui donauit voluit aperiri post mortem tantum suam, transit in fideicommissum, & debetur ab herede, l. miles ad forem 77. de legat. 2. Quod intelligendum est, si quinquæ testibus præsentibus fuerit per scripta epistola, non aliter, quia omnis vltima voluntas saltè quinq; testium testimonio eget, l. 1. & l. fin. §. si. de codic. C. excepto testamento, quod plures postulat, l. hac consulti sumus, & l. in testamentis, C. de testam.

## DE TESTAMENTARIA SVCCES- SIONE. LIBER XLII.

Cur prius de testamentaria, quam intestati successione dicamus. Cap. 1.

- 1 Testamentaria successio materia cur proponatur questioni successiois ab intestato. & seq.
- 2 Testant facultas quare concessa, & 3.
- 4 Infirmitatis titulus honoris tribuitur etiam liberis.
- 5 Testandi voluntatem quam improbare videntur, dissoluta, & seq.
- 7 Heredes ab intestato & ex testamento quibus iuribus vocentur ad hereditatem.
- 8 Testamentaria successio ex lege etiam defertur.
- 9 Iusta hereditas quare ab intestato dicitur in societate.
- 10 Successio cetera que dici possit.
- 11 Ab intestato venientes possunt vocari ex testamento, si velint.
- 12 Sobolem suam potest quis postponere aliene si velit, sed non præsumitur.
- 13 Vniuersi expressa non excludit matrem.
- 14 Dispositio legis, quomodo fortior dispositione hominis.
- 15 Testamentaria successio, intelligenda est ex testamento subsistente.

**Q**uamquam ¶ antiquior succedendi ab intestato causa quibusdam visa sit, quam testamentaria: tamen rectius facturum me existimo, si de hac quam de illa prius dixerim. Primum, quia succedentes ex testamento præferuntur vocatis ab intestato l. quam l. 2. de acq. hered. P. l. quam dicitur, de regul. iur. l. antequam, comm. de success. l. 1. de bon. poss. sec. tab. P. Successio quippe legitima seu ab intestato, subsidiaria est, quando mortuus non expressit de successore voluntatem. Quare promissio hominis, tollit promissionem legis, l. maritus, de procur. C. l. fin. C. de pact. conuen. Ita tutores datissimi & legitimi vincuntur per testamentarios, l. si tutores, de testam. iure auct. vt sic. matr. & auct. C. quam. matr. offic. iur. fungi pot. ¶ Secunda ratio, ¶ quia Reipubl. inter est, cuique permitti de rebus suis liberam dispositionem, vt possimus saltem morituri beneficia illis rependere, a quibus viuendo accepimus. Et ideo responsum, hereditates ob beneficium ita deferri, l. nec adiecit pro sic. P. quia ad remunerationem natura tenemur, Cle. sed & si lege, §. consilium, de petit. hered. Sicque ad stipulatur alia naturalis æquitas cui conuenit maxime, voluntatem domini rem suam in alium transferre volentis, ratam haberi, §. per traditionem, de rer. diuis. Vt enim viuentium voluntates admittuntur, sic & mortuorum, §. fin. de leg. ius. Can. 101. ¶ Et Plutarch ¶ de legibus Solonis loquens. Plut. in Solo. Cui, inquit, is permisisset, pro voluntate cuiusq; si superesset filii herede consensu, visus est amicitia & propinquitatē, & gratiam necessitati præferre. Tertia ratio prior debet esse causa testamenti, vt per potestatem illam bonorum nostrorum distribuendorum nobis concessam, gratos & officiosos in nos reddamus plures, qui spe quippiam aliquid a nobis accipiendi, nobis promptius operam suam & auxilium subministrant. Sic explicat Demosthenes, in oratione aduersus Leptinem his verbis a Græco conuersis. *Mihi vero*

videtur, Atheniensis, (sed quæsto te ne mihi irascaris, nam mali de te nihil dicam) Leptines leges Solonis aut non legisse aut non intellexisse. Nam cum legem Solon tulerit, licere cui legatum liberi non sint, quem libitum si heredem institueret (non vt genere proximos iure propinquitatis fraudaret: sed vt vtilitate in medium proposita efficeret, vt homines inter se certarent beneficiis) tu contra non dubites auctor esse, ne quicquid de suis opibus populo liceat aliis impertiri: quomodo quæquam dixerit te Solonis leges vel legisse, vel intellexisse? & c.

¶ Et ¶ in iure ciuili, institutionis titulus etiam honori tribuitur in persona liberorum, Vlpia. in l. filium, §. sed etsi portio, de leg. prest. lib. 37. P. tit. 5. Et Cic. ad Apuleium scribens pro quaestore, Hominem, inquit, probum existimari, qui parentis aut patroni iudicio, siuio heredis ornatus esset. Accedit Theodolus, in Nonell. Theodolus, tit. de test. Innuitus, inquit, nemo taceat aut loquatur, vt id testamentum, quod meram testantis obinet voluntatem. Natura talis est hominum, vt quosdam diligant, alios timeant, aliquorum fidem existiment eligendam, alios nihil credendum. Et iniquum certe vitium est homini sane mentis testamenti factionem adimere, Paul. in Lex. sacro. de vulg. s. Communique consensu fere omnium gentium, hæc licentia testandi et electa dominis est. ¶ Neque facillit, ¶ quod videatur hæc facultas testandi improbanda, eo quod differt effectum voluntatis in tempus quo dominus quis non est, post mortem videlicet, qua dominium soluitur, vt omnia §. de neeps, de nupt. in auct. collat. 4. & morte tantum confirmetur testamentum, cum Maribus, de celebr. missar. parique sint aliquid fieri tempore prohibito: & differri in tempus prohibuitum, l. quod sponso, de don. ante nupt. Siquidem testamentum non accipitur post mortem, sed pendet ex libera disponendi voluntate ante mortem concessa: quæ, quia libera est vltique ad vltimum vitæ spiritum l. ad adm. lega. P. cum ventiltima periculus, desinit esse ambulatoria quidem, quia alud vellet non datur postea, l. 1. C. de sacros. eccl. sed tunc morte non incipit: sed quæ ante erat, effectum sortitur tunc. Valere debet testamentum ante mortem, sed extinctio post mortem fit ab herede, §. legatum, de legat. apud Instina. l. legatum est de lega. 1. l. heredes quoque, de acq. hered. P. l. omnis hereditas, de reg. iur. Quod & in stipulatione, quæ in tempus mortis effectum reuocit, non est reprobatum, l. scripturam, de contrah. & comm. sup. C. ¶ Leuitissimum ¶ & illud, quod quidam tuentes communionem rerum, dispositionem liberam adimunt, nam eadem ratione contractus & dominorum possessiones extrudi deberent. ¶ ¶ Sed ¶ 7 qui putant præferendos venientes ab intestato, quod triplici vocentur iure, natura l. si quo bonorum, C. l. 1. C. unde vir & vxor. diuino. L. iur. 2. §. num. 27. ciuili, l. 1. de suis, & leg. her. P. Et funicularis triplex fortior sit vno, l. re conuictis, de lega. 3. l. tripli. de verb. sign. Cum iure ciuili tantum vocati videantur ex testamento instituti non animaduertrunt, vocari etiam omnibus iuribus ex testamento institutos. Nam & in iure diuino testamentum fecerunt Abraham, Genes. 21. & 25. & Iacob, Genes. 48. & 49. Probauit Deus, locutus ad Ezechiam, d. sponso domui tue: quia mortuus es, tu, Esai. 38. 4. Reg. 6. 20. Ius gentium dominia etiam distribuit, & libere tenet